



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

74 Invitus nullus erit hic ad sacra trahendus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

C. II. ¶ Nullus promovatur in vicium. Item Gregorius Natali. Episcopo Salontano, in lib. 1. reg. epist. 109.

¶ Etsi, a quibus nobis in concilio vestri confecta feceratio dixeritis, in quibus archidiaconus Honoratus addidit b. plena esse cognovimus femine jurgiorum: cum uno eodemque tempore una persona nolens ad sacerdotii ordinem promoveri, quæ tanquam immerita à diaconatus officio removeatur. Et sicut iustum est, ut nemo efferere compellatur invitus, ita censendum puto similitur, ne quicumque infans ab ordinis sui ministerio deiciatur iniuste.

C. III. ¶ Qui ab Episcopo suo promovetur contemnitur, a loci sui deiciatur.

Contra invenitur c. in concil. Carthag. c. 23.

¶ Si qui clerici ab Episcopis suis promovendi contempserint, nec illie maneat, unde recedere noluerunt. ¶ Si qui Verba huius capituli sunt verba sequenti capituli, Placuit, qui est proprius canonicus regisimus concilii Carthaginensis in eodem canonem, & apud Gratianum.

C. IV. ¶ De eodem.

¶ Placuit, ut quicumque clericus, vel diaconus pro necessitatibus, & ecclesiasticarum rerum non obtemperaverit Episcopo suo, volentibus eos ad honorem ampliores in ecclesia sua promoveri, nec illic ministerium suo gradu, unde noluerunt recedere. ¶ Pro necessitatibus. Gratianus. Ad h. tit. ubi dicitur, quod si quis non obtemperaverit, id est, ob qualdam cogentes causas suarum ecclesiarum.

C. V. ¶ Postiores prioribus Episcopis non proponantur.

Item ex concilio Agathensi, cap. 23.

¶ Episcoporum etiam, quorum vita non reprehenditur, postiorum prioribus proponatur, nisi forte superbia elatus, quod pro necessitate ecclesie Episcopus iussit, impleat. c. 2 pars. ¶ Sane si officium Archidiaconatus h. propter simpliciorum naturam implere, aut expedire nequeverit, ille loci sui nomen tenet, & ordinationem in ecclesia, quem elegerit Episcopus proponendum.

¶ Et ordinationem. Quamvis in recentioribus conciliis ordinationibus Colonienfis legitur, & ordinationi ecclesie, quam elegerit Episcopus, proponatur: tamen in veteri Colonienfi, & in Parisiensi, & duobus codicibus conciliorum Vaticanorum eodem modo, itaq. apud Gratianum.

C. VI. ¶ In quo loco quisque ordinatus est, invitatus teneri non debet.

Item Gregorius Iovani Episcopo Syracusano, lib. 11. epist. 34.

¶ Querendum ad nos relatione pervenit, Cosmam, qui ex monacho monasterii sanctæ Lucie à decessore vestro memorandæ & memorie Maximiano in ecclesia Syracusana factus subdiaconus, atque à vobis postea in possessione, quæ Iuliana dicitur, presbyter est ordinatus, ita nimia tristitia, & loci qualitate vehementer afflictus, ut vitam sibi penam existimet, & contritionis & lux fugam querat auxilium. Et ideo, quia tales erga subditos nostros debemus existere, quales nobis, si subiecti fuissimus, nostros volueramus esse prepositos, magis benignitatis est, si eum in ecclesiam, ubi subdiaconi est fundus officio, sanctitas vestra reducere, atque illic presbyterum voluerit consistere Cardinalem. Quod & facere quantum arbitramur, debetis, si tamen

a. Polytop. lib. 2. tit. 23. Iso part. 6. c. 379. b. al. adducitur. c. in eodem canonem. d. Iso part. 6. c. 42. e. Burch. lib. 2. c. 171. Iso part. 6. c. 42. Anselm. lib. 6. c. 29. f. al. ecclesiasticam non electionem peraverunt. g. al. ne. h. al. Archidiaconus. i. al. veritate. k. al. inquisitione.

nihil est, quod iuste contra ipsam animos vestros exasperet. Si vero aliqua culpa est, suis nobis hoc epistolis vestra fraternitas, ut scire possimus, insinuet.

3 pars. Verum illud Gregori de his intelligendum est, quod non causa necessitate, sed causa ingratitude callide ab Episcopo suo promovetur queritur. Illud autem Carthaginensis concilii de his intelligitur, qui volunt obtemperare Episcopo suo, propter necessitatem ecclesie volentibus eos ad alium a promoveri. Hanc distinctionem ex decreto Simplicii Papæ quilibet corroborare valet, qui scribit Iovani Episcopo Ravennati, epist. 2. ait inter cetera.

C. VII. ¶ Non est aliquis invitus ad Episcopatum pertrahendus.

¶ Vbi aista didicisti, quæ in fratrem, & coepiscopum nostrum Gregorium, non dilectione b. sed invidia pertrahisti: quem inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es, atque vexari, ut ei honorem tantum, non per animi tranquillitatem, sed per amentiam, sicut dicendum est, irrogares? Neq. enim talia potuissent fieri sanitate consilii. Nolimus exaggerare, quod gestum est, ne cogamur iudicare, quod dignum est. Nam privilegium meretur amittere, qui permittit sibi abutitur potestate. ¶ Insuper. ¶ Denunciamus autem, quod si post hac quidquam tale praesumpseris, & aliquem seu Episcopum, seu presbyterum, seu diaconum, invitum a facere forte crederis, ordinationes tibi Ravennatis ecclesie, vel Amilientis noveris auferendas.

C. VIII. ¶ De eodem.

Item Gregorius Antonino subdiacono, lib. 2. epist. 16. in dicitur.

¶ Honoratus d. archidiaconus ecclesie Solontanz à sanctæ memorie decessore meo, missa supplicatione poposcerat, ut ab antistite suo invitus provehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullatenus cogatur. Hoc enim fieri sibi non provehendi gratia, sed causa ingratitude perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctæ memorie decessor noster scriptis suis Natali fratri, Coepiscopoq. nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum invitum proveheret, neve dolorem conceptæ ingratitude diutius in corde retineret. Cumque & à nobis hæc eidem summiopere fuerint interdicta, non solum mandata Dei negligens, sed & scripta nostra contemnens, præfatum archidiaconum quasi ad fortiore honorem provebens, conatus est arte callida degradare. Unde actum est ut eo de archidiaconatus loco summo, alium asciceret, qui ejus obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum archidiaconum arbitramur amittiri suo aliunde displicere non potuisse, nisi quod eum valè sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam eorum subitili voluimus, & tunc sanctæ memorie decessor meus, & nunc ego indagatione discurre, sed ipse suorum sibi actum confensus, personam ad iudicium postposuit destinare. Proinde experientiam tuam præteritis præcepti auctoritate diximus fulcitem: quatenus conveniens in Salona, Natali fratri: Coepiscopumque nostrum saltem tot scriptis admonitum studeat abhorrtari, ut supra memoratum archidiaconum in suo statim loco suscipiat. Quod si facere hoc contumaciter, ut consuevit, forte disilicet usum ei pallii, qui ab hac sede concessus est, ex auctoritate sedis Apostolicæ contradices a. Quæ si etiam amissio pallio adhuc in eadem pertinacia perseverare perpexeris, dominici quoq. corporis & sanguinis eundem antistitem participatione privabis.

Adhibenda est etiam disciplina, qua nolentes promovendi ad sacros ordines, ad obediendum Episcopo suo provocentur. a. Polyx. lib. 2. tit. 23. Anselm. lib. 6. cap. 66. & 67. Burch. lib. 2. cap. 20. Iso part. 6. c. 42. b. al. electione. c. in 9. 3. can. privilegij. 23. q. 2. c. denunciamus autem. d. Anselm. lib. 6. c. 29. e. al. contrahit. f. orog.

In minoribus siquidem ordinibus constituti paulatim per singulos gradus sunt promovendi, ut contententes suos eledere Episcopi, dolent sibi esse prelatos, quos prius habebant subiectos.

C. IX. ¶ Cum majores ordinari contempserim de minoribus promoventur ordinibus.

Unde Gelasius scribiti Vicari Episcopo a. Confuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum, perhibens, quod diaconi ad presbyterii gradum (quo ecclesiam tuam memoras indigere) venire delectant. Quapropter quia invitos fieri ecclesiastica moderatio, gravitas non patitur, ut ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere, si quos d habes vel in acolythis, vel subdiaconis maturiores aetate, & quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratum studeas promovere, ut qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus post minores, et ipsa sequantur presbyteri propentius, quam diaconi confestim ad presbyterii ratione constituti & honorem, quem refugerant, appetere nitantur, & quantum.

DISTINCTIO LXXV.

Tempus autem consecrationis, sicut in ordine Romano habetur, ad Episcopi benedictionem non eligitur. Omnis enim tempore benedicuntur, dummodo jejunii, & hora tertia benedictionem accipiant.

C. I. ¶ Ordinationes Episcoporum qua hora fieri debeant.

Unde Anacletus Papa scribit ad Episcopos Italiae, epist. 7. in principio.

Ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia, Episcopis sunt celebrandae. Qui simul convenientes, serutinium diligenter agant, jejuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus in sanctis Evangelis, qua praedicantur, sunt imponentes, Dominica die, hora tertia orantes, sicut in cruce, exemplo & prophetarum, & regum capita eorum, more Apostolorum, & Moysi ungentes: quia omnis sanctificatio constat in Spiritu Sancto: cujus virtus invisibilis, sancto chrismati est permixta: & hoc ritu solennem celebrent ordinationem.

Tempus autem consecrationis, trium mensium spatium clauditur: ultra quod, nisi necessitate cogente, Episcoporum ordinationes post electionem differri non licet.

C. II. ¶ Ultra tres menses non differatur Episcoporum ordinatio.

Unde in Chalcedonensi concilio, cap. 25. legitur.

Quoniam quidam metropolitanorum, sicut ad nos operatum est, negligunt creditos sibi greges, & differunt ordinationes facere Episcoporum; placuit sanctae synodo intra tres & menses fieri ordinationes Episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis amplius protelari. Si autem quis Episcoporum hanc non observaverit, ipsum debere ecclesiasticae condemnationi subiacere, redditis vero eiusdem viduatae ecclesiae integros relevari apud oeconomicum eundem ecclesiae placuit.

¶ Si autem quis sic etiam in praesca versione, Graecè est:

a al. Episcopo Alexandrino. b Ansel. lib. 7. cap. 102. Ivo p. 6. cap. 104. Polyc. l. 2. tit. 21. c al. proficere. d al. quia scilicet si quis. Ivo p. 6. cap. 43. e al. posterioriter. f supra dist. 64. ordinationes Episcoporum. Burch. lib. 1. cap. 11. Ivo p. 3. cap. 69. Ansel. lib. 8. cap. 33. Panm. l. 3. cap. 12. Polyc. lib. 2. tit. 6. g al. prophetarum exemplo Regum capitum perungentium, eos more, &c. h De Prophetis. 3. Regum 19. De Moyse. Exod. 29. De Regibus. 1. Reg. 10. i Polyc. l. 2. tit. 20. Burch. l. 1. c. 24. Ansel. l. 6. c. 40. Ivo p. 3. c. 133. k sup. dist. 20. c. 1. l τῆς ἀναβολῆς.

¶ In diebus illis, quibus dominicus est, non debent fieri ordinationes, quia aliter interpretentur. Quod si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiastica subiacet. De metropolitanis enim loquitur.

3 pars. Ceterum vero ordinationes non nisi in temporibus certis, & diebus, maxime Sacerdotum, & Levitarum fieri debent, vespere videlicet sabbati, vel mane diei Dominicae communis jejunio.

C. III. ¶ Ordinationes presbyterorum, vel Levitarum qua hora fieri debeant.

Unde Zepherinus Papa scribit ad Episcopos Aegypti, epist. 12.

Ordinationes a presbyterorum, levitarumque tempore congruo, multis coram astantibus, solenniter agite, & probabiles ac doctos viros ad hoc opus provehite, ut de eorum societate, & adjumento plurimum gaudeatis.

C. IV. ¶ Presbyteri & Levita, qua hora ordinandi sunt.

Item Leo Episcopus Discepo Alexandrino Episcopo, epist. 79. cap. 1.

Vobis à patribus nostris propentiori cura nominum esse servatum, à vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis, vel levitica ordinatio celebretur, sed post diem sabbati eius nobis, qua lucebit in prima sabbati exordia & consecranda eligantur, in quibus his, qui consecrandi sunt, jejunia & à jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod o jusem observantia erit, si mane, ipso dominico die, continuo jejunio sabbati, celebretur: à quo tempore, praecedentis noctis initia non recedunt; quod ad diem resurrectionis (sicut etiam in Pascha Domini declaratum) pertinere non dubium est.

C. V. Quare die Dominicae sacerdotum ordinationes celebrentur.

Item eodem cap.

¶ Vobis die Dominicae ordinationes sacerdotum celebrentur, non tantum ex consuetudine, sed etiam ex Apostolica novimus venire doctrina, pura manifestante, quod cum Apostoli Paulus & Barnabam ex praepo Spiritus Sancti ad Evangelium gentibus mitterent praedicandum, jejunantes & orantes inposuerunt eis manus: ut intelligamus, quanta & alta pietas, & accipitium devotione curandum sit, necnon benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie & laudabiliter Apostolicis morem praeseris institutis, si hanc ordinarum praesertim praesertim per ecclesias, quibus Dominus praesertim fuerit, etiam ipse servaveris, ut his die Dominicae resurrectionis quam benedictio, nisi in die Dominicae resurrectionis tribuatur. Cui à vespere sabbati initium constitutum, & tantis divinarum dispensationum mysteria consecrata, ut quidquid est à Domino insignitus constitutum, in hujus diei dignitate sit gestum. In mundum sumpsit exordium: in hac per resurrectionem Christi & mors inretruit, & vita accipit initium. haec, &c.

¶ Quod die Sumptum est caput hoc ex eodem libro, & antecedenti, mutato tamen verborum ordine, & mensura adpellis. In ipsa enim epistola post ultima verba praecedentis parvi, sequitur continenter. Nam praeter auctoritates praesertim fuerudinis, quam ex Apostolica novimus venire doctrina, etiam sacra Scriptura manifestat, quod diei Apostoli, &c.

a Polyc. l. 2. tit. 21. Ansel. l. 6. cap. 43. Burch. lib. 2. c. 1. cap. 23. & 47. b Polyc. ibid. Ansel. lib. 7. cap. 44. Ivo p. 3. cap. 71. c exordia deliquit, hoc est, sub lege divina constituantur. orig. d quam. orig. e Ivo p. 6. cap. 70. Polyc. lib. 2. cap. 13. f Ansel. l. 6. c. 40. g al. benedictionem tribuatur, h dispensationem.